



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones à Clemente X. & Innocentio XI. editas

Luxemburgi, 1739

XXXIII. Translatio Indulg. Plen. perp. pro Ecclesiis Fratrum, & Monialium S.
Augustini in Etruria.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74708](#)

Confirmatur prædictum decretum.

Clausula.

Dat. 25. Febr.
1678. An. 2.

Exordium.

ipſi Exponentes etiam ejusdem Caroli Cardinatis, & Archipresbyteri nomine, humiliiter suppliari fecerunt, ut pro Decreti hujusmodi in Divini Servitii incrementum vergentis perpetua firmitate, & ne unquam ab ulla Capitularium tam praesentium, quam futurorum illius observantia, sub pretextu quod illi non ligentur, seu quod illi non confenserint, aut ex alio quocumque titulo, & capite, etiam validitatem, & justitiam ipsius Decreti concernente, in controversiam vocari possit, opportune sibi in præmissis provide, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur Carolum Cardinalem, & Archipresbyterum, ac Exponentes prefatos speciales favore gratiae prosequi volentes, ipsorumque exponentium singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causatatis, si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore carentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Decretum Capitulare præfertum auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus; ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, etiam substantiales, si qui defuserit quomodolibet intervenerint, seu intervenisse dici, censi, vel prætendi possent, supplemus, ipsumque Decretum a præfatis modernis, & pro tempore existentibus Archipresbytero, ac Capitulo, & Canonico Basiliæ prædictæ, eorumque singulis ad quos spectat, & spectabit in futurum inviolabilitatem observari debere.

§. 3. Præsentes vero literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, usque plenarios, & integrus effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignanter contigerit attentari decernimus.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit dictæ Basilicæ, aliisque quibusvis etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac infertis habentes, illis alias in suo labore permanens ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressa derogamus, ceterisque contrariais quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXV. Februarii MDCLXXVIII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

XXXII.

Conceditur Indulgentia Plenaria perpetua visitantibus aliquam ex Ecclesiis tam Canonorum Regularium, quam Monialium Ordinis S. Antonii Viennen. in festis SS. Antonii Abbatis, S. Augustini, & S. Monice.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Cœlestium munerum Thesauros, quorum Dif-
pensatores Nos esse voluit Altissimus, cum
ad Christianæ pietatis incrementum, & anima-

rum Christi fidelium salutem profuturos speramus, libenter elargimur.

§. 1. Supplicationibus itaque dilecti filii moderti Abbatis Generalis Canonicorum Regularium Ordin. S. Antonii de S. Antonio Viennen. sub regula S. Augustini nomine Nobis super hoc humiliiter porrectis inclinati, ac de Omnipotentiis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus utriusque sexus Christi fidelibus vere penitentibus, & confessis, ac sacra communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis tam Canonorum Regularium, quam Monialium Ordinis hujusmodi haec tenet erectis, & in posterum quadocumque erigendis, ac ubicumque locorum existentibus in Sancti Antonii Abbatis, ac S. Augustini, & S. Monice festis diebus a primis vesperris usque ad occasum solis dierum hujusmodi singulis Annis devote visitaverint, & ibi pro Principum Christianorum concordia, heresum extirpatione, & Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die præditorum id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Dominum concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valitus.

§. 2. Volumus autem, ut præsentium transumptis, seu exemplis etiam impressis manu aliquius Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in dignitate Ecclesiastica constituta munitis, eadem fides ubique adhibetur, que ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibite, vel ostensa.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXV. Februarii MDCLXXVIII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

XXXIII.

Dat. 4. Mart.
1678. An. 2.

Species facti.

E xponi Nobis nuper fecit dilectus filius Doctor minorus Valvasorius Vicarius Generalis totius Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, quod alias fel. rec. Clemens Papa Decimus prædecessor noster, supplicationibus Venerabilis Fratris Josephi Eusani Episcopi Porphyrensis Sacrarari Nostri Apostolici, tunc sui Præfecti, nomine sibi super hoc humiliiter porrectis inclinatus; Omnibus utriusque sexus Christi fidelibus vere penitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui missa solemini in quacumque Ecclesia, tam Fratrum, quam Monialium Ordinis prædicti quotannis die vigesima Octobris, qua officium de Nomine Beatae Mariae Virginis, cum lectionibus, & officio in Toletana Diecepsi die decimaseptima Septembribus recitari soliti ab omnibus tam Fratribus, quam Monialibus ejusdem Ordinis in universo Orbe existentibus recitari conseruunt, celebranda interfuerint, & ibi pro Christianorum Principium concordia, heresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effudissent, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem sub certis modo, & forma tunc expressis, in perpetuum concessit, & alias, prout ipius Clementis prædecessoris literis in simili forma Brevis die sexta Augusti 1672. defuserit expeditis, quorum tenorem præsentibus pro sufficienter expresso haberi volumus uberioris continetur.

§. 1. Cum autem, sicut eadem expositio subjunget, in omnibus Ecclesiis tam Fratrum,

Causa translationis.

quam

Preces Ab-
batis Gene-
ralis.

Concessio
d. Indulgen-
tia Plenaria
perpetua.

ANNO
1678.

INNOCENTIUS UNDECIMUS. 227

ANNO
1678.

Preces Vi-
carii Genera-
lis.

Transfertur
Indulgencia
ad primam
Dominicam
post octavam
Nativitatis
B. M. V. in
Ecclesiis d.
Ordinis in
Etruria.

quam Monialium, ac etiam secularium Clericorum in tota Etruria existentibus, Officium praedictum de Nomine Beatæ Mariae Virginis, Dominica prima post Octavam Festivitatis Nativitatis Beatae Mariae Virginis, ex concessione, seu Indulso Apostolico, recitari soleat, ac propera dictus Dominicus Vicarius Generalis Indulgenciam praedictam, quoad Ecclesias Fratrum, & Monialium Ordinis praediti in Etruria consistentes, ad dictam Dominicam transferri plurimum desideret:

¶. 2. Nos supplicationibus ejusdem Dominicai Vicarii Generali nomine Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati, Indulgenciam plenariam praedictam, a die 20. Octobris, ad primam Dominicam post octavam festivitatis Nativitatis Beatae Mariae Virginis, ita ut Christi fideles, qui vere penitentes, & confessi, ac sacra Communione refecti, dictæ Missæ solemní Dominica praedita, in quamcumque Ecclesia tam Fratrum, quam Monialium Ordinis praediti in Etruria existentes, celebranda, interfuerint, & ut supra oraverint, eandem indulgentiam consequantur quam consequerentur, si Missæ hujusmodi dicta die 20. Octobris intercessent, auctoritate Apostolica, tenore praesentium, servata tamen in reliquis praedictarum Clementis prædecessoris literarum forma, & dispositione, perpetuo transferimus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die IV. Martii MDCLXXVIII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

XXXIV.

Supprimitur Collegium Secretariorum Apostolicorum a Callixto III, aliisque Romanis Pontificibus institutum.

Dat. i. Aprilis
1678. An. 2.

Proemium.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Romanus Pontifex ex debito Pastorali officii illi divinitus injuncti, non solum ad ea, quæ Universi Christiani Gregis animarum salutem respiciunt, verum etiam, quæ ad Sedis, & Cameræ Apostolicæ, cui diversa onera incumbunt necessitatibus jugiter imminentibus, indemnitatem pariter, & sublevamen pertinere noscuntur, vigilantia suæ aciem dirigen, ea, quæ certis fauidentibus causis per suos prædecessores in erectione officiorum Romanæ Curiae fuerunt ordinata, & instituta, interdum ex alius non minus rationabilibus causis immutare, & quandoque ad pristinum statum reducere, aut etiam in totum supprimere consuevit, prout rebus diligenter, & mature discussis, & examinatis, ac rerum necessitas, & temporum vicissitudi requirunt, sicque conspicit in Domino salubriter expedire.

¶. 1. Dudum siquidem consueverant ab antiquo tempore Romani Pontifices prædecessores nostri, ut promptos haberent viros industriosos quorum opera in magnis, & arduis Apostolica Sedis negotiis uti possent, ac etiam pro celeriori eorumdem negotiorum expeditione quamplures eligere, ac deputare Secretarios, quos fel. rec. Callixtus III., & Pius II. prædecessores nostri ex certis causis ad numerum sex reduxerunt; postmodum fel. rec. Innocentius VIII. similiter prædecessor noster, ut decori, & universitati ejusdem Sedis & Curiae, ac facilitori, celeriori, diligenteri, & magis accuratæ expeditioni Brevium, aliarumque literarum Apostolicarum opportune consuleretur, ac etiam ut aliquibus tunc nimium urgentibus Cameræ Apostolicæ indigentibus occurreretur, decem, & octo alias elegit, seu affumperit, ac deputavit, adeo ut insimul cum præfatis sex jam extantibus Collegium viginti quatuor Se-

cretariorum constituerent, eidem Collegio, & Secretaris diversos annuos redditus, & emolumenta inter singulos Secretarios pro tempore existentes æquis portionibus dividenda, & distribuenda; assignando, & applicando, eosque etiam creando veros Palatii Apostolici Prælatos, ac familiares, & continuos Commensales, aliasque plures eis concedendo prærogativas, & præminentias latius contentas in ejus Constitutione sub datum Romæ apud S. Petrum anno Dominicæ Incarnationis 1487. pridie Kal. Januarii Pontificatus Anno Quarto.

¶. 2. Et quoniam intuitu dictorum emolumentorum eidem Collegio applicatorum ab illo pro subventione dictarum urgentium necessitatum Cameræ, & Sedis Apostolicæ, fuerat persoluta summa sexaginta duorum millium, & quatuor centum florenorum, seu ducatorum auri de Camera, idcirco idem Innocentius prædecessor statuit, & decrevit, quod in eventum, in quem præfati Officii revocatio, aut alteratio sequeretur, restituiri deberet integra dicta summa sexaginta duorum millium, & quatuor centum ducatorum de Camera, in quibus nullo modo imputari possent emolumenta interim percepta sibi reservata facultate alium deputandi in Secretarium domesticum, ut pariter latius in eadem Constitutione continetur; quia vero nonnulli cupiebant variis modis ad antecedens Officium Secretariatus ascendere, prater ejusdem Pontificis desiderium, ac voluntatem, quæ fuit, ut ad illud non admittentesur, nisi personæ qualificatae tam ætate, quam doctrina, quemadmodum ipsum Officium requirit; idcirco idem Innocentius per alias ejus literas in forma Brevis sub datum Romæ apud S. Petrum prima Februarii 1488. anno pariter 4. statuit, quod nullus ad idem Officium assumatur, nisi prius ab eodem Collegio, prævio examine approbatus, & acceptatus fuerit, cui quidem Collegio alii Romanii Pontifices successores, & similiter prædecessores nostri præfata privilegia, & prærogativas confirmarunt. Exortisque deinde aliquibus controversiis pro illarum compositione, & terminazione fel. rec. Pius V. itidem noster prædecessor per ejus motum proprium sub datum Romæ apud Sanctum Petrum pridie nonas Maii anno sexto quamplura ejusdem Collegii favore statuit, & decrevit præsertim, ut hæc Officia nullo unquam tempore per Romanos Pontifices pro tempore existentes revocari, reduci, alterari, aut moderari, seu Collegium ipsum supprimi, vel extingui possent, nisi restitutis prius realiter, & cum effectu singulis Secretariis tunc viventibus integre, & absque ulla diminutione pecuniis, pro quibus eos officia emisse, aut habuisse constiterit. Demum vero alii exortis controversiis inter idem Collegium, & præfatum Secretarium domesticum fel. reci Sixtus V. prævia narrativa quod in dicto Collegio virtutibus, experientia, ac usu rerum, & negotiorum ad Romanam Curiam confluentium, ad dictum Officium pertinentium insignes viri connumerabantur, præfatum Secretarium domesticum Officium suppressit, & extinxit, illudque Collegio univit, & incorporavit cum ejus emolumentis, quorum intuitu ab eodem Collegio soluta fuerunt nostræ Cameræ Apostolicæ scut. viginti quinque milie auri in auro, plura desuper statuendo, atque plures etiam prærogativas hujusmodi Secretariis concedendo, & præsertim, quod essent Prælati utriusque Signaturæ Referendariorum, atque locum in Pontifica Cappella haberent, ut latius continetur in ejusdem Sixti literis in forma Brevis sub Datum Romæ apud S. Petrum 1. Aprilis 1586. ejus Pontificatus anno Primo.

¶. 3. Collegium vero præfatum pro congeendo summam scut. viginti quinque millium auri, seu illius valorem ad effectum illam solven-

Eius privi-
legia.

Irem onora.

di Ca-